De fragmento Winstedtiano quod Juvenali adscribitur.

Dissertatio inauguralis

quam auctoritate et consensu amplissimi philosophorum in academia Philippina Marpurgensi ordinis ad summos in philosophia honores rite capessendos

scripsit

Emil

A e m i l i u s D r a l l e

Hannoveranus.

Marpurgi Chattorum 1922.

Dissertatio ab amplissimo philosophorum ordine

referente T h e o d o r o B i r t

probata die XVIII mensis ~~Octo~~ Novembris anni MCMXXI.

Anno p. Chr. n. millesimo undenongentesimo Oxonii a Winstedtio in Juvenalis codice Bodleiano, Canoniciano XLI, nonnulli versus inventi sunt, quos reliqua manuscripta non praebent. Cuius additamenti versus triginta quattuor post sat. VI v. 365 et duo versiculi post v. 373 inserti sunt. Atque versus 365, 30 - 34 cum sat VI v. 346 - 348 verbo tenus fere con - gruere mirum nobis videtur. Constat fieri non posse, ut ambae particulae in eadem satura suum locum obtineant. Qua de causa alii viri docti spurios vocaverunt versus VI 346 - 348 [1], alii vv. 365, 1 - 34 [2], alii duplicem saturarum recensionem statuerunt [3]. Quae controversia ut disceptetur, quaerere iuvabit, num in fragmento Oxoniensi idem genus dicendi cognoscamus atque in Juvenalis saturis usitatum. Quod munus dum suscipio, etiam ad recte interpretandos versus difficillimos symbolam exiguam me allaturum esse spero. Statim in limine moneo scholiastam ad VI 348 minime testari versus quos ibi affert Juvenalis fuisse; nam ipsius nomen omittit, quod gravissimum esse apparet; id quod sub finem disputationis pluribus expositurus sum.

Caput I.

Multa esse quibus congruat cum Juvenale fragmentum Winstedtianum.

Priusquam illustretur, quantopere usus atque dilectus vocabulorum in additamento novo occurrentium a Juvenalis sermone abhorreant, nonnulla afferantur, ex quibus intellegi potest non pauca quidem esse quae cum saturaram dictione congruant. Mitto leviora. Satis habeo nonnulla exempla graviora afferre.

---

1) Claussius: Quaest. Juv. crit. Diss. Lips. 1912, p. 27.

2) Buecheler: Mus. Rhen. 54 p. 484 sq.; Th. Birtius. Mus. Rhen. N.F. 70 (1915) p. 550.

3) Leo: Herm. 44. p. 600 sq.; Wilsonius: Amer. journ. of phil. XXII p.278 sq, alii.

Primum frequentatio verborum Graecorum paucis adumbranda est. A. Thielius libro, qui "Juvenalis graecissans sive de vocabulis Graecis apud Juvenalem" (Vratislaviae 1901) inscriptus est, de hac re uberrime di- seruit. Viri illius docti rationibus p 103 et 104 allatis utor. Juvenali per omnes saturas, quae tria milia octingentos triginta septem versus con- tinent, mille centum nonaginta quattuor vocabula Graeca, i. e. singula pe versus ternos (3,2)[1] distribuit. Qua cum ratione numerus exemplorum in f mento Bodleiano occurrentium, quae sunt[2]: v. 3: cinaedus; v. 6: Colocynt Chelidon; v.9: psilus, euhoplius; v.22: crocea; v.26: Thais, Triphallus; v 27: mimus, fere congruit. Sed Juvenalis alias saturas alio verborum di- lectu usus composuit. Inspiciamus nomina appellativa et propria separatim. Carmen septimum perpauca nomina appellativa a Graecis sumpta praebet, i.e singula in versibus fere vicenis quaternis (23,5), nonum autem plurima ex- hibet, i.e. singula in versibus septenis (7,3). Additamentum Oxoniense si- gula exempla in versibus septenis (7,2) dat. Satura sexta vocabula eiusmo in versibus fere undevicenis (18,5) offert. Vertamur ad nomina propria. Numeros significantes affero; exempla enim singula in sat. XV versibus fe vicenis quinis (24,7), in sat XVI.versibus quinis, in sat. VI versibus se- nis denis (16,2), in sat. IV versibus novenis, in fragmenti Winstedtiani versibus novenis exstant. Neque terminationum Graecarum usus differt. Ju- venalis enim 3,9% vocabulorum, si saturas cunctas respexeris, sin autem carmen sextum asciveris 5,4% (cf.Thiel. l.l.p 150) exitu Graeco servato d dere voluit. Unde cognosci potest additamenti novi sermonem Graecum, quam- quam cum satura sexta non congruit, tamen a Juvenalis genere dicendi non abhorrere.

----

1) Numeros usque ad decimam partem exatos, quamquam brevitatis causa in sermonem Latinum non transtuli, tamen huic loco et omnibus aliis inclu- sos uncis addidi.

2) Vocabula, quae sunt: v.14: "calix" et 373 b: "mango" Thielium secutus neglexi.

Deinde ad vocem, quae est "lanista" (v.365,7) transeamus. Hoc vocabulum l.l. compendiose pro "laribus lanistae" usurpatum est. Neque vero saturarum dictio discrepat, cf. Friedl. annot. ad Juv. III 74 prolatam: "sermo promptus et Isaeo torrentior" i.e. Isaei sermone. Vir ille doctus exempla affert: IV 71; VII 72; IX 6; X 247.

Tum usus adiectivi, quod est "flavus" (v. 365,16) accurate cum Juvenalis sermone consentit, cf. sat. VI v. 120 -121:

" sed nigrum flavo crinem abscondente galero
intravit calidum veteri centone lupanar",

ubi scholiasta explicat: "crine supposito rotundo muliebri capitis tegumento in modum galeae facto, qup utebantur meretrices. ideo flavo, nigro nam crine matronae utebantur."

Ad extremam in comparationem vocamus, quam similiter "sponsio" in v.365,27 et in Juvenalis sat. XI adhibita sit v.201 - 202:

"spectent iuvenes, quos clamor et audax
sponsio, quos cultae decet assedisse puellae".

Praeterea Wilsonius l.l.p. 276 heac addit: "The rhetorical wager is quite in the manner of Juvenal; examples are VI 56 f. and VII 165 f. The final ŏ of sponsio as of "contendo" in the next verse is quite regular for Juvenal, who in such cases considered the vowel long only when it fell under the ictus". Quae quamvis vera sint, tamen etiam ei favent, qui IV. aut. V.saeculo fragmentum Oxoniense adscribit.

Caput II: De re metrica.

Versuum hexametrorum structuram, quacumque compositionis forma poetae variis temporibus usi sunt sive Scipionibus sive Augusto sive Theodosio summum imperium tenentibus, in suo genere non paucis quidem rebus semper congruere eandemque mansisse consentaneum est. Itaque etiam Juvenalis artem metricam cum fragmento Winstedtiano nonnullis rebus consentire non miramur Quas convenientias nolo enumerare. Immo, qua ratione Juvenalis et poeta ad-

ditamenti Oxoniensis differant, annotetur.

Elisionem, quae post primam hexametri arsin levis est, in fragment Bodleiano nusquam invenimus. Juvenalis autem semel in versibus vicenis si gulis (21,3) teste Eskuchio, cuius exempla rationesque in prooemio Friedlaenderi editionis proposita sequor, hanc licentiam sibi indulsit. Idem r i.e. in versibus quadragenis ternis (43,1) semel post arsin secundam elid syllabam passus est. Quae insolentia, quamquam multo durior est, tamen bi in brevi additamento Winstedtiano occurrit:365,11 "munimenta umeri" et 36 "his languentem animum". Neque minus aspere post tertiam vocis sublatione syllabae confluunt. Cuius collisionis exempla singula in versibus quadrag senis (46,2) Juvenalis offert, cum is qui versus novos conscripsit, cauti ubique caesuram semiquinariam servaverit puram. Jam elisiones, quae post arsin pedis quarti inveniuntur, comparandaesunt. Affero exempla fragmenti 365,4 "sacraeque adsistere" et 365,13 "aliosque in". Juvenalis semel in ve sibus duodenis (12,2) hanc collisionem admisit.

Quibus expositis deinceps dicendum est, quo pacto uterque thesis el siones tractaverit. Atque iterum ab initio hexametri incipiamus. Post pedi primi positionem Juvenalis in versibus fere ternis denis (12,8) elisionem praebet. Qua a ratione usus fragmenti, uui 365,2 "obscenum et", 365,19 "hi clunem atque", 365,30 "consilia et" traditum est (i.e. 1 : 12), paulo diff Sed si collisionem post secundam versuum novorum thesin admissam investiga coneris, frustra feceris. Saturas autem Juvenalianas perscrutanti in versi bus vicenis quinis (25,4) maculae huius pedis obveniunt. Neque tamen is, qui positionem secundam integram servavit, tertiae sinceritatem violare no ausus est, cf. 373a "vera ac". Aliquanto insolentiorem invenimus Juvenalem qui in versibus tricenis singulis (31,2) asperitates eiusmodi praebet. Accedamus ad positionem pedis quarti, ubi poetam additamenti videmus lascivi orem, qui non veritus est scribere 365,11 "pulsantemque arma" (i.e. 1 : 36 Quam legem elegantiae satiricus Aquinas tantum in versibus quinquagenis se tenis (57,3) neglexit.

Neque silentio praetereundum est poetas elegantes vitare duritiem, quae oritur, simulac sententiam ab arsi dactyli quinti incipientem formaverunt. Quam regulam neglexisse videtur, qui versus 365,20, 25, 27 conscripsit. Juvenalis autem consuetudinem secutus, quae aliis in saturis longe alia est (cf. Eskuch. l l.p 69/70), ne in secunda quidem satura, qua insolentior nulla, fragmenti licentiam adaequavit (sat. II 1 : 13, fragm. 6 1 : 12, sat. VI 1 : 31,5).

Praeterea de hexametri formarum[1] II, III, V pede primo accuratius quaerere iuvabit. Notum est caesuris heroicis certamen effici inter accentum grammaticum et ictum metricum. Qua de causa poetae, si post arsin dactyli secundi incidebant, pedem primum unico vocabulo dactylico nedum spondiaco expleri satis vitabant. Quam regulam neglexit, qui 365,28 "purum te" scripsit. Juvenalis in saturis eiusmodi exempla spondiaca non praebet nisi triginta duo, i.e. singula in versibus centenis vicenis (cf. Eskuch.l.l.p. 76). Dactylicas autem voces ante trithemimeren insertas idem in versibus quaternis denis semel adhibuit. In fragmento Bodleiano talia hexametri initia invenimus tria (365, 13, 24, 34)[2], i.e singula in versibus duodenis

Caesuram autem post trochaeum quartum Graecorum more ortam saepius quam in versibus duodetricenis (28,4) Juvenalis non usurpavit. Neque hanc incisionem cum altera post trochaeum quintum coniunctam nisi in versibus quingentis duodequinquagenis (548,1) admisit.[3] Qua de causa admirationem movet hexametrum 365,30 ita esse compositum

"consilia et veteres quaecumque /monetis/ amici".

Cuius versus structuram minime cum Juvenalis consuetudine recepta consentire propter verborum similitudinem quam ostendit versus sat. VI 346 prae-

1) De hexametri formis, quas ex munere incisionum numerat sex, conferas Birtium: Ad historiam hexametri Latini symbola. Diss.Bonnae a.1876 p. 7 - 11.

2) 365,30 "consilia et" propter elisionem, qua ambae voces coniunguntur, rationi addere nolui.

3) Tria eiusmodi exempla Sulpiciae carmen (v.1, 18, 40), quod non multo post Ausonii tempus ortum esse videtur, inter septuaginta hexametros praebet.

cipue commemorandum est. Ibi autem amphibrachys non legitur. Quodsi pleri viri docti Juvenalem ipsum v. 365,30 a versu 346 derivavisse credunt, res metrica obstat.

Jam vero et in elisionibus admissis et in structura hexametri inte Juvenalem et fragmentum Oxoniense non solum similitudines, sed etiam differentias sat graves intercedere vidimus. Quae cum ita sint, procurram ad v. 365,2: "obscenum et tremula promittit omnia dextra". Si quis huius versus compositionem aspexerit, cognoscet unam moram desiderari ante eam caesuram, quam vocamus bucolicam. Cuius insolentiae nonnulla exempla Buechel l.l.p. 486 (cf. Owenium, Class.Rev.XVI p. 406) attulit, cf. carm. epigr. 474,7: 'ante diem meritum hunc demersit /at Styga Pluton " et carm. epigr 448,3: "et fidei plena pietate/ nobili vixit." Idem tales licentias nequ ante saeculum secundum in lapidibus occurrere neque ante quartum in libro pervenisse annotat. Birtius "ea vitia, quae propria fuerunt artis poetica cadentis nihilque produnt nisi mensuram exactam syllabarum dedidicisse" p tas illius temporis in praef. ed. Claudiani a se curatae p. CLXIV/V uberi explicat. Vir ille doctissimus l.l. exempla dat, quibus demonstratur syll bas productas corripi atque correptas produci. Ut alia omittam, versum Ps do=Claudiani, qui additamenti Bodleiani hexametro secundo consimilis est, affero ex laude Herculis (90) sumptum. "Vadis inmensae scrutatus invia si vae." Attamen Housmanus (Class.Rev. XIII p. 266) versum Oxoniensem 365, ita emendandum putavit: "obscenum tremula promittit et omnia dextra". Qua coniecturam esse sagacem nemo potest negare. Sed coniunctione "et" post verbum "promittit" translata novum exemplum infertur hexametri post quart trochaeum incisi. Neque valde illa correctione is profecit, qui versus novos Juvenali vult tribuere. Poeta enim Aquinas eiusmodi incisiones nisi semel in versibus duodetricenis non adhibuit. Itaque contra fidem manuscri ti credere non possumus eum inter hexametros triginta sex versum 365,2 pr ter 365,30 post quartum trochaeum diremisse. Etiam quod Winterfeldius (Be

Phil. Wochenschrift 1899 col. 794) coniecit scribendum esse: "obscenum et tremula promittens omnia dextra" declino; nam non antea emendandum esse censeo quam Juvenalis fragmentum Winstedtianum esse comprobatum est. Atque jam quaestio eo provecta est, ut artem metricam fragmenti interdum a Juvenalis consuetudine differre cognoverim. Qua re efficitur, ut non liceat versus additamenti eo consilio corrigere, ut cum Juvenalis usu consentiant.

Caput III: De versibus 373a et 373b.

Sequitur disputatio, quae est de proposito et dictione versuum 373a et 373b. Eisdem conexum sententiarum everti mihi persuasum est. Juvenalis enim, cum feminas eunuchis delectari vellet describere, mangonum pueros, quia prima infantia castrati essent, "debilitate vera uri" atque ad concubitum inutiles esse nequivit addere. Sed quomodo duo illi versiculi irrepserunt? Sciolus, quicumque Juvenalis versum 373 ad mulierum commodum spectare non intellexerat, in verbis, quae sunt "tonsoris damno tantum" offendere debebat. Idem hyperbolen pravam exstare judicavit ideoque castrati damno testiculus excidi desideravit commemorari, praecipue cum scholion versus 366 eunuchos "inbelles" "inutiles ad concubitum" designavisset. Neque hunc ipsum commentatorem, qui falsam hanc explicationem protulit, ut enodationem suam confirmaret, versus 373a et 373b addidisse veri dissimile est. Ab eo enim duos illos versiculos sub voce "inbelles" commentario suo pari modo insertos esse crediderim, quo ad versum 348 in scholiis legimus verba, quae sunt: "qui nunc lascivae furta puellae hac mercede silent. crimen commune tacetur". Qua explicatione comprobata versus 373a et 373b postea ex commentario in textum irrepsisse oportet suspicari.

Neque minus additamenti Oxoniensis dictione hos duo versus spurios esse demonstrari potest. Priusquam in medias res eamus, annotare mihi liceat vocabula omnia, quae in opusculo meo cruce instructa erunt, a Juvenalis genere dicendi discrepare. Praeterea autem eae voces, quae interpretatione

dignae sunt, commentario critico et exegetico instruentur. Quin etiam ubi fragmentum cum Juvenale concinit, exemplis idoneis allatis non tacebo.

373a: verus ac miserabilis.

Juv. sat. II v. 15 - 17: "verius ergo

et magis ingenue Peribomius; hunc ego fatis

inputo, qui voltu morbum incessuque fatetur.

horum simplicitas miserabilis."

373b: + follis.

O: "follesque". Correctio, quae est "follisque" certa videtur. Usum translatum invenimus Juv. VII 111: "tunc immensa cavi spirant mendacia folles". In fragmento autem Bodleiano scrotum voce illa designatur. Quam vim in saturis Juvenalianis frustra quaesiveris. Comparandus est solus Caelius Aurelianus, ante quem scriptor nullus hoc vocabulum vel eius formam deminutivam scroti vice usurpavit. Qui ter eam corporis partem, quae testiculos contin[et,] folliculum nominavit: pass. acut. 3. 17. 165: "intestinum, quod Graeci [illegible] appellant, in folliculum fuerat prolapsum"; chron. 3. 8. 106: "apprehenso folliculo atque virili veretro"; denique chron. 3. 8. 104, ubi adjectivum "genitalis additum est. Quamquam de tempore, quo Caelius Aurelianus vixit, nihil certi constat, tamen ex eius genere dicendi concludi postest eum fuisse aequalem Cassii Felicis, qui saeculo quinto de medicina scripsi[t.] Quae aetas cum ea consentit, qua versus Oxonienses esse factos contendimus.

+ cicer.

Hoc verbum testiculos vel, ut accuratius dicam, ova significat, quae in scroto sunt. Quae vis singularis exemplis ab aliis scriptoribus Romanis sumptis illustrari non postest. Aliter res se habet apud Graecos. Penem enim vocari ἐρέβινθον testem habemus Aristophanem, ran. v. 545: τοὐρεβίνθου δραττόμην, ubi scholiastes annotat: τοὐρέβινθον = τοῦ αἰδοίου. Praeterea usus vocis, quae est ὄροβος, comparandus est, cf. e.g. Eust. II p. 853, 55,

o loco taeniae pulli imagine ab ervis derivata significantur. Is vero, i versus novus Juvenali addidit, non solum hic, sed iterum translatiom a plantis sumptam adhibuit, cum hominem, quem propter magnitudinem sticulorum volebat irridere, Colocyntham (365,7) vocaret. Sed memoria tinendum est scriptores Latinos illis metaphoris numquam usos esse. Vocem olocyntha" non ante Porphyrionis tempora a Romanis usurpatam esse infra plicabitur (p.18). Item vocabulum "cicer" significationem insolitam reraesentans testimonium est Latinitatis cadentis, qua dictiones novae magis agisque in litteras pervenie bant. Quae cum saepe non vigerent atque obliioni darentur, non mirum est grammaticos nonnulla eiusmodi exempla non ollegisse. Juvenalem autem "cicer" ne genuino quidem sensu adhibitum in aturis praebere moneo.

relictus.

Cf. Wilsonium l.l.p. 277. Ellisius l.l.p. 19 vertit: "They are ashaed to think of the poor purse and cheap fare they have left for a better eed, but no so respectable life". Quam interpretationem Wilsonius suo jure eicit ex respecto sententiarum conexu comprobans etiam versibus 373a et 73b sensum obscenum inesse debere. Jacksonius duas translationes profert Class.Rev. XIII p. 401), quarum una est: "They are ashamed of their empty ag and the peas which they have lost". Alteram autem meliorem esse vir lle doctus contendit: "They are ashamed of the bag (scrotum) and the pod penis) which alone remain to them". Sed versionem priorem praefero. Paricipium enim "relictus" (= servatus) supervacaneum est "peni" adiunctum; d ipsum "folli" addendum erat.

Verbi relinquendi usum similem reperimus Juv. sat. VI 542/43:

"cum dedit ille locum, cophino faenoque relicto
arcanam Judaea tremens mendicat in aurem",

I 195/6:"modo sub lodice relictis uteris in turba", Horat. carm. II 7.10. 'relicta non bene parmula". Formula dicendi, quae est "relictis rebus" assim occurrit. Ut alia omittam, commemoro Caes. bell. Gall.3. 102; Plaut.

Epid. 4.2.35; Lucret. de rer. nat. 3.1084; Terent. Andr. 2.5.1; Terent. Eun. 1.2.85: "Nonne ubi mihi dixti cupere te ex Aethiopia
ancillulam, relictis rebus omnibus quaesivi?"

Caput IV: De versibus 365,1 - 34.

Transeamus ad interpretationem versuum 365,1 - 34, quorum verba conversa in sermonem vernaculum sunt haec:

In jedem Palaste, in dem ein Mann, der die Unzucht öffentlich bekennt, sich aufhält, sein Spiel treibt und mit zitternder Rechten jegliche verspricht, wirst du alle verworfen und Cinaeden ähnlich finden. Diesen gestatten sie (sc. uxores), die Speisen zu besudeln und an ihrem fluchwürdig Tische zu erscheinen, und befehlen, Gefäße zu waschen, die zerbrochen werd sollten, wenn ein Colocyntha oder bärtiger Chelidon daraus getrunken hat. Sittlich reiner also und besser als dein Haus ist das des Fechtmeisters, i dessen Schar sich der psilus weit weg vom euhoplius zu packen hat; ferner werden weder Netze an eine schimpfliche Tunica geknüpft, noch legt in derselben Zelle (sc. qua euhoplius) seinen Schulterschutz und den die Waffen (des secutor) treffenden Dreizack ab derjenige, der nur mit einer Tunica bkleidet zu kämpfen pflegt. Diese Schurken und die anderen männlichen Glied (sc. euhoplios) nimmt der entlegenste Teil der Gladiatorenschule in Gewahrsam. Aber dich und jene läßt deine Gattin aus gemeinsamen Bechern trinken, mit denen eine blonde Hure, die an den verfallenen Grabmälern ihr Wesen treibt, Albaner und Surrentiner zu kosten, sei es auch nur ganz wenig, sic weigern würde. Nach den Ratschlägen dieser Leute heiraten sie und treten s plötzlich wieder zurück, für diese bewahren sie ihr (zur Zeit der Nieder - kunft) mattes Gemüt und die ernsten Stunden des Lebens, unter ihrer Leitun lernen sie Steiß und Hüfte zu schwingen und was der Lehrer sonst noch versteht. Doch darf man jenem (sc. qui docet) nicht immer Vertrauen schenken: ein Ehebrecher ist er, der seine Augen mit Schminkschwärze vergrößert und mit safranfarbenen Seidenkleidern und Haarnetzen geschmückt ist. Je weich-

licher seine Stimme klingt und je öfter er mit der Hand an den Lenden zarter (Knaben) haftet, desto verdächtiger muß er dir sein. Der wird im Bette der Tüchtigste sein: Dort legt Thais, die vom gelehrigen Triphallus im Tanze dargestellt war, ihre Maske ab. "Über wen lachst du? Mache anderen solches Spiel vor! Ich behaupte, du bist nichts als ein Mann. Ich behaupte es. Gestehst du es ein? Oder soll die Folterkammer die Mägde rufen?" Meine alten Freunde, ich kenne eure Ratschläge und alles, was ihr mir ratet: "Lege einen Riegel vor, sperre sie ein!" Aber wer soll die Wächter selbst bewachen, die jetzt die heimlichen Liebschaften der zügellosen jungen Frau um diesen Preis verschweigen? Über ein gemeinsames Verbrechen hält man reinen Mund. Das sieht deine schlaue Gattin voraus und beginnt mit den Wächtern ihr Spiel.

365,1 : in.

In fragmento Bodleiano traditum est: "in quacumque". Praepositionem "in", siquidem cum pronomine "quicumque" a Juvenale coniungitur, semper postpositam esse monendum est, cf. sat. VI 412: "quocumque in trivio" et sat. XIV 42: "quocumque in populo". Sed aliarum praepositionum unum habemus exemplum cum usu additamenti Oxoniensis congruens: sat. VIII 134: "de quocumque". Qua analogia respecta stili differentiam gravem esse non obtinueris. In versibus 365, 8, 13, 24, 25 praepositionum usus cum Juvenaliano consentit. Cum v. 365,8: " in cuius numero" conferas sat. II 48: "in nostro sexu" et sat. III 132: "in legiore". Praeterea pronomen relativum inter praepositionem "in" atque vocem, quae ab illa pendet, insertum in saturis saepius obvenit, cf. VI 573; XIV 241; XV 130. Neque minus v. 365,13 cum exemplis Juvenalianis congruit, cf. VI 561: 'si longo castrorum in carcere mansit", item 365,24 cf. sat. III 248: "in digito clavus mihi militis haeret' item 365,25 cf. sat. VI 268/69: "semper habet lites alternaque iurgia lectus,

in quo nupta iacet, minimum dormitur in illo."

quicumque.

hoc loco vim relativam habere mihi persuasum est Housmanum (Class.Rev. XIII p. 266 et Class Rev. XVIII p. 393), Buechelerum (1.1.p. 484), Leonem (ed. Pers. Juv. Sulp. p. 484) secuto. In comparationem vocandi sunt versus sat. VIII 60: "nobilis hic, quocumque venit de gramine" et sat. VIII 134: "de quocumque voles proavum tibi sumito libro". Neque Wilsonio (1.1.p. 271) neque Ellisio (1.1.p. 4) assentiri possum, qui in v. 365,2 "quacumque" idem esse atque "qualibet" contendunt.

domus.

hic aedes nobiles vel, quod palatium vocamus, significat, cum commemoratio ancillarum (365,29) et custodum ad humile tectum non quadret. Praeterea constat molles et pathicos inter nobiles eorumque in domicillis versari. Qua significatione, quia maxime recepta fuit, Juvenalis saepius utitur, cf. e.g. III 187; VI 486

+ ludere.

debet explicari: rebus Veneriis operari, futuere, cf. Catull. 61, 207: "Ludite, ut lubet, et brevi liberos date", Ovid. ars. am II 389, Mart.XI 104,5 saepius. Similem locum habemus Juv. VII 239/40: "ne turpia ludant, ne faciant vicibus". Alibi poeta Aquinas verbo ludendi sensum obscenum non significat. Neque tamen locus ex satura septima haustus cum usu fragmenti congruit. Juvenalis enim ipse vocem "ludere" pro "futuere" absolute adhibere veritus praedicative vocabulum "turpia" addidit.

que.

valet idem atque copula "et" in vv. 365, 1, 3, 4, 11, 13, 15, 17, 373b. Usum ubique cum Juvenaliano consentire exempla docent, quae referenda sunt, ut alia omittam, ad v. 365,3: sat. XI 194: "similisque triumpho", XII 10, III 177; ad v. 365,13; sat. X 150: " aliosque elephantos", IV 138; ad v. 365,17: sat. IV 133: "subitusque Prometheus", XII 19.

+ professus.

. Juv. II 17: "vultu morbum incessuque fatetur"et schol. ad hunc versum: ui publice impudicitiam professus est". Nullo autem saturarum loco verbum ofitendi occurrit. Optime contra comparari possunt Suet. Tib. 35: "feminae mosae, ut ad evitandas legum poenes jure ac dignitate matronali exsolverenr, lenocinium profiteri coeperant" et Ovid. fast. 4. 866: "multa professam quaestibus apta Venus".

365,2: + obscenum.

sigatius (Class.Rev XIII p. 206) et Wilsonius (l.l.p. 271) "obscenum" c loco generis masculini esse obtinent. Qui viri docti, ut ellipsin prominis "se" comprobent, exemplum Horatianum afferunt epist. I 18.2: "Si ne te novi, metues, liberrime Lolli, scurrantis speciem praebere, profess amicum". Neque vero his versibus usus fragmenti illustrari potest. Antedit enim apud Horatium pronomen "te", quo insolentia satis excusatur. Si is autem similes dictiones, quarum duas affero: Cic. Tuscul. 4. 12: "si ammaticum se professus quispiam barbare loquatur" et Sueton. Aug. 4.' "proteri se candidatum consulatus" comparaverit, ellipsis exempla omnino nulla veniet. Qua de causa "obscenum" vim generis neutrius habere et valere idem que rem obscenam crediderim. Qua interpretatione comprobata numerus pluras "obscena" expectatur, cf. Horat. a.p. 14: "inceptis gravibus plerumque magna professis", ibid. 27: "professus grandia turget" Sed enim "obscena" gnificare solent penem (Ovid. met. 9. 347), podicem (Suet. Dom. 10), ventrem vid. rem. amor. 437). Item numerus singularis usurpatur, siquidem penis bscenum" vocatur apud Ovid. fast. VI 631: "hic inter cineres obsceni forma rilis aut fuit aut visa est". In fragmento autem Bodleiano sensus est alius scenitatem ipsam significari ex aliorum verborum usu simili concludas, cf. id. amor. 1. 9. 4: "turpe senex miles, turpe senilis amor", Horat. serm. 3. 111: "iura inventa metu iniusti fateare necesse est", Cic. rep.III 47, aut. Cas. 3. 5. 22, Amph. prol. 47, saepius.

Quod certe alienum est a Juvenale qui alio modo voce "obscenus" usus est; in saturis enim "mollis" nominatur "obscenus", cf. sat VI 513: "semivir, obsceno facies reverenda minori" et sat. II 8/9: "quis enim non vicus abundat tristibus obscenis".

et

Revertamur ad correctionem Housmani, qui copulam "et" in codice O post "obscenum" insertam ita transponere voluit, ut moram vacantem dactyli quarti expleret. Qua emendatione accepta versum 365,2 cum Juvenalis arte metrica non consentire dictum est. Accedit, quod conjunctio "et" a poeta Aquinate nusquam loco tertio posita est. Quem usum a Latinitate bona non abhorrere docent Horat. epod. 16. 40 et Lucan. Phars. I 225. Atque Wilsonio (l.l.p. 271) Juvenalem pronomen "qui" in tertium locum reiecisse sat. I 43 et XIII 86 concedendum est. Neque vero haec analogia satis excusat. Nam copula "et" saepissime in saturis exstat atque inter plurima ne unum quidem exemplum esse cum usu Horatii et Lucani congruens negligere vetamur. Housmani conjectura reiecta neque hoc neque reliquis fragmenti locis: 365, 5, 14, 18, 22, 30, 34 usus copulae "et" a Juvenaliano differt.

promittit omnia.

Cf. Juv. sat. XIV 13: "atque oculum medico nil promittente relictum", sat. XI 174: "ille fruatur vocibus obscenis omnique libidinis arte", Mart.XII 12: "Omnia promittis, cum tota nocte bibisti,

mane nihil preastas, Pollio, mane bibe!"

Si ad sensum spectamus v. 365,2 non explicaverim: "professus obscenum" pollicitus se facturum esse, quaecumque potest praestare, promittit etiam ea, quae nequit praestare. Immo hanc interpretationem malo: homo ille lascivus omnia sc. obscena, i.e. omne genus obscenitatis spondet. Atque de turpitudinis formis fragmento ipso docemur. Ibi enim commemorantur a) pedicatores (Colocyntha, euhoplius) b) pathici (Chelidon, psilus) c) adulteri d) "quicquid praeterea scit, qui docet". Haec omnia promittit, qui "obscenum pro-

fitetur", is enim "omni libidinis arte" imbutus est.

dextra.

Cf. 365,34 "dextera". Juvenalis formam abbreviatam maluit. cf. sat. VIII 204: "postquam vibrata pendentia retia dextra nequiquam effudit" sat. X 249; VI 658. Wilsonius l.l.p 271 addit: "An interesting parallel is the double entente in Claud. in Eutrop. I 365 sq.

"Quidquid amas, dabit illa manus communiter omni
fungitur officio gaudetque potentia flecti.
Hoc quoque conciliis peperit meritoque laborum,
accipit et trabeas argutae praemia dextrae",

cf. ibid. praef. II 61: "non bene Gradivo lenonia dextera servit". Semel autem apud Juvenalem "dextera" occurrit VI 560: "inde fides artis sonuit si dextera ferro". Quae forma ut in fragmento pedi quinto hexametri inserta est.

365,3: invenio.

Cf. Juv. VI 208: "nullam invenies, quae parcat amanti", VIII 48, II 5. Praeterea omnia versus 365,3 vocabula praeter copulam "que" cadere in consonantem "s" annotandum est[1], cf. sat. XV 20:

"Cyaneis plenos et tempestatibus utres"

Similia, quae leviora sunt, in sat. VI saepe occurrunt (cf. v. 181, 211, 249, 260, 284, 422, 511, 536, 606).

omnis.

Juvenalis et fragmenti dictio non differt. Neque in codice Bodleiano formam "omnīs" pro usitata "omnes" traditam esse admirationem movet Item poeta Aquinas sat. I 24, VI 592, X 47, XII 90, XV 99 scripsit.

---

1) De sigmatismo conferas Birtium, Krit. u. Herm. p. 78 sq.

365,4: + violare cibos.

Wilsonius l.l.p. 272 explicat: "violare: of polluting what is sacred, e.g. Sen. epist. 97,2. So in Juvenal 15, 9, 84 ". Sed non video, cur cibi, quia convivii sunt, quod cum cinaedis committitur, sacri habeantur. Usus autem verbi violandi a Juvenaliano discrepat, qui, nisi de profanatis rebus religiosis loquitur, hoc verbo non usus est praeter sat. III 20: "violarent marmora tofum", i.e. germanice "entstellen" (cf. Friedl. annot. ad h.l.). Nullo ergo loco significatio invenitur, quam in linguam vernaculam vertimus "besudeln". Numerum pluralem "cibi" Juvenalis semel adhibuit XI 99:

"tales ergo cibi qualis domus atque supellex".

+ sacra mensa.

Juv. VIII 177: "aequa ibi libertas, communia pocula, lectus
non alius cuiquam, nec mensa remotior ulli".

Fragmenti verba mensam ipsam, non cenam significant. Eamque in domo profana neque in fano stare apparet. Sed quae mensae sacrae in aedibus profanis inveniri possunt? Marquardtius - Mommsenius (Römische Staatsverwaltung tom. IV p. 1667) haec profert: "Nicht minder bedurfte der häusliche Kult des heiligen Tisches, nicht nur bei besonderen Angelegenheiten wie z.B. der Geburt eines Kindes, bei welcher im Hause der Juno Lucina auf einem Tische geopfert ward, sondern auch für die gewöhnlichen Hausopfer, für welche man die mensa durch Aufsetzen eines Salzfasses und einer patella, auch wohl eines Götterbildes zum Opfertische weihte". Sed in versu 365,4 de mensis ritualibus agi non crediderim. Sed totus locus est de conviviis atque exemplis de cena sumptis (cibi, vasa) turpium turpitudo illustratur Qua de causa mensam esse ipsius convivii contendo. Vocem "sacer" autem habere vim "detestandus, exsecrabilis" puto [1]. Atque mensa ipsa vocatur detestanda, quia totus coetus accubantium propter libidinem exsecrabilis est

[1] Itaque Juv. II 110 et Claud. in Ruf. I 229 comparare nolo.

a de significatione Nonium Marcellum IV 397 sub voce "sacrum" conferas
um exemplum ab illo allatum sufficiat: Turpilius, Lindia:

"sacerrimum domicilium hoc quidem contulit leno"

Itaque cum Claussio (l.l.p. 10), qui vertit: "an dem altehrwürdi-
n Tische zu sitzen" consentire nolim. Ex generali enim colore huius partis,
a cinaedi vituperantur, elucere mihi videtur scriptorem non tam mensae
tustatem reverendam quam accubantium mores depravatos describere, praeci-
e cum neque hoc neque alio additamenti loco de maiorum castitate sermo sit

Significationis autem vocis "sacer", quae est "exsecrabilis" exem-
la Juvenaliana non exstant. Ne sat. XIII 221 quidem: "tua sacra et maior
nago humana turbat pavidum cogitque fateri" asciscere licet; nam verbis
naior humana" imaginem divinam esse comprobatur.

+ adsisto.

erbo assistendi Juvenalis nusquam usus est. Apte comparatur Ovid. fast. V
57: "umbra cruenta Remi visa est assistere lecto".

365,5: permitto.

f. Juv. VI 457. "nihil non permittit mulier sibi". Stili differentia exstat
ulla. Sed quid verbi "permittunt" subiectum sit, quaerendum est. Max Maasius
(l.l.p. 422) transtulit: "Solchen Menschen gestatten die Hausherren". Neque
vero viro illi docto assentior. Immo Claussium sequendum esse puto, qui l.l.
p. 12 haec protulit: "Ex universo vero fragmento apparet subiectum verbi
"permittunt" intelligendum esse uxores, non dominos". Conf. v. 17: "horum
consiliis nubunt," v. 18: "his languentem animum servant", v. 19: "his clu-
nem atque latus discunt vibrare magistris". Praeterea versus antecedentes
et sequentes afferre oportet: VI 365: "non umquam reputant quantum sibi gau-
dia constent" et VI 366: "sunt, quas eunuchi inbelles ac mollia semper os-
cula delectent". Nam his quoque subiectum "uxores" supponendum est. Accedit,
quod, si ad "permittunt" dominum supplemus, dominus, quoniam ipse cinaedus
est, cinaedis "violare cibos" non "permittere" potest; nam ipse eos iam vio-
lavit.

365,6: cum - vel cum.

Juv. III 93: "an melior, cum Thaida sustinet aut cum uxorem comoedus agit vel Dorida nullo cultam palliolo?" Ad hunc locum Beckius in dissertatione, quae inscripta est "de "vel" imperativo quatenus vim priscam servaverit" (Marp. 1908 p. 21) annotat: "Cum metrum (v. 94) "aut" non admitteret, "vel" in eius locum successit, quamquam in enuntiationibus interrogativis "aut" adhiberi solet". Habemus autem in fragmento exemplum "vel" imperativi. Antecedit enim altera persona (365,3: invenies), cuius ad arbitrium "vel" (365,6) spectat. Praeterea "vel" in v. 365,5 vim comparativam habere crediderim.

+ Colocyntha.

O: colocintha. De ortographia cf. Seelmannum: "Die Aussprache dee Latein" p. 203 sq. et Birtium: "Sprach man avrum oder aurum?" (Mus. Rhen. 52 suppl-Anhang II). Formam κολόκυνθα, quae ictum in syllaba antepaenultima habet, primum a Dioscuride Pediano Neronis temporibus adhibitam esse accipias, II 134 (ed. Wellmannus): κολόκυνθα ἐδώδιμος et IV 176: κολόκυνθα ἀγρία. In Romanorum autem litteris formae, quae sunt κολόκυνθα et κολοκύνθα, usitatae non fuerunt. Ei immo vocem "colocynthis" praetulerunt. Attamen teste thesauro linguae Latinae praeter Corporis Glossariorum explicationem sub voce cucurbita (= κολόκυνθη) duos habemus locos, ubi "colocyntha" obvenit: Porphyr. Horat. ars. 52/3: "magis... auctoritatem mereri possunt nova verba, si a Graecis fuerint in Latinum derivata ut a ... colocynthe cucurbita" et Orib. eupor. 2,17: "colocynthas humectant et infrigdant nimium". Videmus ergo hoc vocabulum non ante Porphyrionis tempora in litteras latinas pervenisse.

Sensum, qui fragmento supponatur, alii viri docti alio modo interpretati sunt. Housmanus (Class. Rev. XIII p. 266, XV p. 263) vocem "colocyntham" usurpatam pro synonymo σικύα significare os impurum cinaedorum obtinet. Sequentibus autem versibus, qui de ludo lanistae sunt, commotus

assentiri nequeo Gladiatorum enim exemplis, quae ambo ambobus antecedentibus versus 365,6 (Colocyntha, Chelidon) accuratissime respondent, nihil eiusmodi comprobatur. Atque eadem de causa Maasii (Arch.f.Lexikr. XI p.419-423) explicationes reicio, quarum una mulieren libidinosam "colocyntham" nominari commendatur Intueamur locum paulo diligentius. Incipiendum autem est a Plin n.h 19. 71: "cucurbitarum numerosior usus et primus caulis in cibo atque ex eo in totum natura diversa. nuper in balneorum usum venere urceorum vice." Jam "urceum" idem valere atque "colocyntham" agnoscere oportet? Deinde afferatur locus ex Petronii saturis c 45: "magis illa matella digna fuit, quam taurus iactaret", ubi mulier lascivitate insolens "matella" appellatur Licet non urgueamus hanc rationem explicandi a simplicitate nimis remotam esse, tamen inter urceos et matellas interesse attendas quam differentiam Housmanus exemplo ex Juvenalis saturis ipsis hausto illustravit, X 64: "fiunt urceoli pelves sartago matellae"

Immo fragmenti versus ipsi lucem afferre possunt Legimus enim 373b: "follisque pudet cicerisque relicti" i.e. pudet mangonum pueros scroti enervati et testiculorum, quos emiserunt Itaque eodem modo translationis adhibito testem in v. 365,6 colocyntham vocari contendo. Cinaedus autem per iocum ex permagnis testiculis hoc nomen proprium accepit ea de causa, quia pedicator bonus est. Qui sensus sententiarum conexu optime comprobatur "Colocynthae" enim huic "barbata Chelidon" opponitur, i e pathicus, qui ipse ex cunno nominatus praeterea vocatur barbatus, quia, cum sui ipsius abusum feminarum more patiatur, tamen sexus virilis sit Insuper, quod gravissimum est, exemplis gladiatorum qui postea inducuntur colocyntham esse cinaedum activum demonstratur. Nam, quod ad tenorem moralem attinet, in v 365,9 euhoplium esse draucum bene vasatum, psilum autem mollem ex vocabulis Graecis satis cognosci potest.

Restat , ut vocem "Colocyntha" cinaedi nomen designare ostendatur (cf. Class. Rev XIII p. 267, Claussium l.l.p 12). Notum est apud antiquos cinaedorum nomina, quibus. quales essent, significaretur, maxime recepta

fuisse. Exempla nonnulla Athenaeus VI 257 a. sq. profert. Quo loco docemu
cur cinaedi Παράβυστος, Σικύας, Θήρ nominentur. Apparuit ergo colocynthae
synonymon esse obsceni cognomen. Neque silentio praetereundum est ex voc
bulo "colocyntha" nomen proprium derivatum esse a Luciano ver. hist. II 3
καὶ δὴ χειμασθέντες ἡμέρας δύο τῇ τρίτῃ περιπίπτομεν τοῖς Κολοκυνθοπειραταῖ

bibo.

Obiectum omissum esse minime offendit. Eandem dictionem apud Juvenalem I
VI 432, IX 128, V 130 reperimus. Sed in fragmento non dici, unde bibatur,
fortasse aliquis moleste fert. Scilicet supplendum est: ex vasis ante com
memoratis. Juvenalis, unde bibatur, commemorare non omisit sat. XII 47 et
VI 304.

barbata + Chelidon.

Usus vocabuli "Chelidon", quod in saturis Juvenalianis non occurrit, Suida
verbis (ed. Berhardius, tom. II p. 1616) illustratur. Significatione, qua
est τῶν γυναικῶν τὸ μόριον effectum est, ut χελιδών paulatim in meretricu
et cinaedorum nomen abiret. Atque Horatius voce "cunnus" pro persona ipsa
usus est, cf. sat. I 3. 107: "nam fuit ante Helenam cunnus taeterrima bell
causa" et sat. I 2. 69/70: "huic si mutonis verbis mala tanta videntis
diceret haec animus, "quid vis tibi ?" numquid ego a te magno prognatum de
posco consule cunnum?" Cinaedum autem nomen Chelidonis accepisse praeter
Suidam testem habemus Senecam, epist. 87,16: "Chelidon unus ex Cleopatrae
mollibus patrimonium grande possidet". et Lucianum de merc. cond. 33: καὶ
τοὔνομα δὲ τοῦ κιναίδου ἀπεμνήμενε, Χελιδόνιον γὰρ καλεῖσθαι.
(cf. Maasium l.l. p. 419, Owenium Class. Rev. XIII p. 267, Claussium l.l.
p. 12). Falsa autem mihi videntur, quae Housmanus in Class. Rev. XIII p.266
protulit: "barbata chelidon = pudendum muliebre = os quale est Gellii apud
Catullum". Jam supra enim dixi gladiatorum exempla respicienda esse. His
autem nihil demonstratur, nisi quod mollibus passivis cinaedi activi opponuntur.

Ad ultimum diiudicetur, quid adiectivum "barbatus" sibi velit; quod additum est, ne error criatur, cuius sexus illa Chelidon re vera sit Nomen enim Chelidonis, qua est indole, in principio feminas significabat Adiecta autem voce "barbatus" viros obtrectari docemur Barbata Chelidon est scortum virile. Optime Buecheler l.l.p. 486 annotat "Für mich liegt die letzte Möglichkeit des Verständnisses in der Voraussetzung einer Zote (s. Suidas unter χελιδών, der Zwitter durch barbata gekennzeichnet)". Nihil contra valent, quae Housmanus Class. Rev. XV p. 262 protulit "a "professus obscenum" is never barbatus". Nam illud "barbatus" dictum est pro "natura barbatus." Cinaedus enim, licet artificio adhibito crines removerit, barbatus vocari potest, quia barba cinaedis natura ipsa data est. Atque poetam obsceni huius ioci originem a v. 366 genuino traxisse, ubi eunuchorum "mollia semper oscula et desperatio barbae" commemorantur, mihi veri simile est.

365,7:+ purus.

Usus et in v. 365,7 et in v. 365 28 a saturarum stilo abhorret. Juvenalis enim hoc verbum non adhibuit, nisi idem atque "non caelatus" valebat. Qui loci inter se congruentes sunt sat. IX 141 et X 19: "argenti vascula puri" Neque plura exempla exstant. In fragmenti autem versu 365,7 "purior" debet explicari "minus impurus vel minus turpis". Eundem sensum moralem reperimus, ut alios omittam, apud Propert. 4. 5. 34: "fac simules puros Isidis esse dies" et apud Tibull. 1. 3. 26: "puro secubuisse toro".

An locus Suetonii (ed. Reiferscheidius p. 45,22 - 46,2): "praeterea saepe eum (sc. Horatium) inter alios iocos purissimum penem et homuncionem lepidissimum appellavit (sc. Augustus) "parem sensum habeat, dubium videtur.(cf. Birtium: Krit. u. Herm. p. 166). Fieri enim potest, ut hic illud "purus" vocabulis "nihil nisi" circumscribendum sit, ut sensus sit Horatium non esse nisi penem Quae significatio etiam in v. 365,28 occurrit. Hoc autem genus dicendi optime exemplis illustratur, quae sunt: Cic de invent. 20. 60: "Hic is, qui agit, iudicium purum postulat: ille, quicum

agitur, exeptionem addi ait oportere" et Scaev. dig. 40.4.59: "Puram et directam libertatem domini sui Stichus acceperat". Praeterea Plaut. Pseud 989 comparandus est: "O, Polymachaeroplagides, purus putus est ipsus".

Liceat pauca addere de ellipsi verbi "esse". Cuius licentiae exempl (cf Clauss. l.l.p. 20) in versibus novis exstant: v. 7: purior ergo (est) v. 20: habenda fides (est), v.23: quanto vox mollior (est), v.28: purum t contendo virum (esse). Quam consuetudinem in hac re Juvenalis secutus sit Th. Winterus in dissertatione, quae est "de ellipsi verbi "esse" apud Catullum, Vergilium, Ovidium, Statium, Juvenalem obvia" (Marp. 1907) nos ce tiores facit, qui p.57 poetam Aquinatem formam "est" semel in versibus vicenis quinis et "esse" in versibus vicenis quaternis omisisse annotat. Elucet e numeris allatis stili differentia nova. Scriptor enim fragmenti multo liberior quam Juvenalis est.

365,9 : + psilus.

Codex Bodleianus exhibet "psillus", quae lectio sensu caret. Postgatius Class.Rev. XIII p. 207 correxit:"Psyllus". Leo Charisium ascivit (ed.Keilius, Gram. Lat. I p. 110,5): "Sibyllam Epicadus de cognominibus ait appellatum qui ex Sibullinis libris primo sacrum fecit, deinde Syllam; qui quod flavo et compto capillo fuit, similes Syllae appellati. inde effeminati hodieque in ludo syllae dicuntur, quos vulgo imprudenter populus appellat (in ludo psylli ω; in ludo sylli dicuntur, quos vulgus imprudenter psyllos appellat, Fabricius). ceterum Psylli sunt in Africa serpentibus medentes (cf. Buecheler l.l.p.486), sicut in Italia Marsi". Leoni Psyllos viros effeminatos esse posse concedatur. Neque vero eius interpretatione locum penitus explanari crediderim; opponitur enim "euhoplius". Quae cum ita sint, Postgatii alteram coniecturam (Class.Rev.XIII p.207), quae est "Psilus", sequendum videtur. Deckerus (Notes sur le nouveau fragment de Juvenal. Revue de l'instruction en Belgique: N.S. 47 p. 308 - 312) legit: "Psilus ab Euhoplio (cf. ψιλός)" et vertit: "car lui (sc. lanista), il

separe dans sa troupe Psilus (le retiaire) d'Euhoplius (le murmillo, qui avait reçu le surnom de "piscis", cf. Festum ed. Muellerus p.285)". Idem l.l.p. 307 explicat: "il n'est plus question du tout d'individus débauches, mais que le poete - rhéteur a profite simplement d'une occasion favorable pour opposer "en général" la hiérarchie de l'ecole du lanista à la promiscuité de certaines familles riches". Ex exemplis autem, quae sunt "Colocyntha" et "Chelidon" satis apparet etiam hoc loco gladiatorum lascivitatem sexualem commemorandam fuisse. Nomina propria autem hoc loco non agnoscenda esse Birtius cognovit, qui legit: "psilus ab euhoplio". Quibus vocibus pugnantium genera ipsa, quae sunt retiarii et secutores, designantur ita, ut simul licentia libidinosa significetur. Re vera in litteris ψιλούς et ὡπλισμένους opponi exempla docent: Soph. Aias 1123: κἂν ψιλὸς ἀρκέσαιμι σοί γ' ὡπλισμένῳ Plat. leg. VII 833: ὁ δὲ (σταδιοδρόμος) εἰσιέτω ὅπλα ἔχων· ψιλῷ δὲ ἆθλα οὐ θήσομεν ἀγωνιστῇ. Praeterea ψιλούς, siquidem cum armatura gravi comparantur, velites esse Plut. Ages. 31 demonstrat. Apud Sophoclem, Oed. Col. 1029, ψιλός voce quae est ἄσκευος circumscribitur.

Moralis autem qualitas retiariorum Artemidori verbis optime illustratur, oneirotocr. II 32 (erravit Friedlaenderus, qui "Sittengeschichte Roms" II p.536 citavit: II 3); hic enim, postquam somnia eorum, qui Thracum et secutorum armatura tectos se pugnavisse opinabantur, ita explicavit, ut feminas describeret, quas sibi quisque in matrimonium ducit, de retiariis haec profert: εἰ δὲ ῥητιαρίῳ (κ. ἴσος πυκτεύοι τις), λήψεται γυναῖκα ἄπορον καὶ ἐρωτικὴν καὶ φυγάδα, ῥᾷστα τῷ βουλομένῳ πλησιάζουσαν. Deinde, ut psilos esse pathicos comprobetur, fortasse locum Platonis afferre licet, polit. p.266 E: λέγω δὴ δεῖν τότε ... τὴν δίποδα ἀγέλην πάλιν τῷ ψιλῷ καὶ τῷ πτεροφυεῖ τέμνειν, ubi τὸ ψιλόν animalia designat, quae cute levi instructa erant. Notum enim est cinaedos emplastris piceatis corporis crines praeter capillum removere. Accedit, quod Διόνυσος apud Amyclaeos Ψιλᾶς i.e. λειογένειος (cf. Lobeck. Phryn. p.455) nominabatur.

Ad orthographiam, quod attinet, nolo non adnotare "psillus" pro "psilus" ita scriptum esse ut "Philomella" apud Juvenalem VII 92, "phasellus" apud Catullum 4,1; similiter Catillina, Stillicho scribebatur (cf. Birtium: Mus.Rhen. 51 p. 258; Philol. 63 p. 458).

Ceterum Juvenalis voce "psilus" non usus est.

+ euhoplius.

Psilum re vera pathicum esse inde quoque cognosci potest, quod ei opponitur "euhoplius". Nam apud Graecos τὰ αἰδοῖα vocantur ὅπλα cf.Nicand. apud Athen. 15,683 et Hesych.: ὅπλον: ἔνδυμα πολεμικὸν καὶ τὸ αἰδοῖον. Atque εὔοπλον pedicatorem esse loco Aristophanis docemur, Acharn. 592: εἰ δ' ἰσχυρὸς εἶ, τί μ' οὐκ ἀπεψώλησας; εὔοπλος γὰρ εἶ. Neque vero in fragmento formam, quae est "euhoplus" habemus; immo "euhoplius" occurrit. Quam vocem Juvenali ipsi supponere minime licet. Hoc enim vocabulum eodem modo derivatum est quo nomen Eutropii ex adiectivo, quod est εὔτροπος. Item nomina, quae sunt Eugenius, Eusebius, Eutherius composita sunt. Qua de causa veri simillimum est forman, quae est "euhoplius" temporibus exeuntis antiquitatis ortam esse, quae exemplis allatis comprobantur. Sed eam ipsam esse genuinam sententiarum conexu docemur. Secutor enim, qui retiarii adversarius esse solet, illa voce, quae bene armatum indibat, optime designatur. Subauditur autem in hoc vocabulo simul gladiatoris bene armati turpitudo. Quibus expositis neque Housmano, qui Class.Rev. XIII p. 266 coniecit: "psellus ab euphono" neque Buechelero, qui l.l.p. 486/87 legit: "Psyllus(= ὀφιοδιώκτης cf. Plin. n.h. 25,123) ab Eupholio" assentiri poss

quid quod.

Difficultates sententiae incipientis a vocibus, quae sunt "quid quod", permagnae sunt. Ex eis quae modo dixi satis apparuit fieri non posse, ut duo retiariorum genera sive ex armatura sive ex qualitatis moralis discrimine statuantur. Qua de interpretatione ambigua conferas: Postgatium,

Class. Rev. XIII p.268; Wilsonium 1.1. p.273; Housmanum Class. Rev. XV p. 264; Claussium 1.1.p. 13; Housmanum, Class.Rev. 18 p.395; Owenium,Class. Rev. XVI p.354. Sed quomodo locus impeditissimus interpretandus est? Leo supplevit ad v. 365,10 "cum tunica", Wilsonius "with the mollis", Elliius "with his superiot". Neque viris illis doctis assentior. Immo Birtium secutus supplendum esse puto "qua euhoplius". Atque ea sententiae parte, quae ab altera particula "nec" orditur, cum, qui nudus pugnat,armaturam non una cum euhoplio exuere enuntietur, quid veri similius est quam, ut antecedentibus verbis dicatur: is, qui nudus pugnat, non una cum euhoplio armaturam induit? Hic sensus vocabulis, quae sunt "retia turpi junguntur tunicae" subesse mihi videtur. Nam etiam ad priorem sententiam, quae a voce "nec" incipit, supplendum est: sc. eadem cella qua euhoplius.Haeremus dubitantes in verbis, quae sunt" "retia turpi iunguntur tunicae", Nemo retia diligentia neglecta cum tunicis confundi potest credere. Locus ab aliis alio modo explicatus est. Equidem autem coniunctionem, quae inter tunicas et retia exstat, genere ipso armandi oriri crediderim. Oportet comparare Juv. sat. VIII 207/8: "credamus, tunicae de faucibus aurea cum se porrigat et longo iactetur spira galero", ubi loco fragmenti Bodleiani commotus Buecheleri priorem divisionem sententiae, qua post "credamus" inciditur, praetulerim (cf. Friedl.annot. ad VIII 208) ita interpretatus: aurea spira de faucibus tunicae se porrigit et longo galero (abl.instr.) iactatur. Quamquam non liquet, quomodo spira cum retiario conexa sit (cf. Friedl. Sittengeschichte Roms II p. 535), tamen alterum spirae finem cum retibus coniunctum esse constat. Qua de spira scholiasta ad VIII 208 annotat: "huius modi aliquid, quo citius sparsum funem vel iactam retiam colligerent". Garrucii explicationem (Graffiti di Pompei. tav.XII) a Friedlaendero (S.R. II p. 535) in sermonem vernaculum translatam comprobo, quae est: "G. erklärt die spira für eine Schnur, die einerseits an dem galerus,andererseits an dem Tau des Netzes angebunden war, sodaß sie von dem ersteren um die

Brust des Retiariers lief". Ex additamenti Oxoniensis verbis quidem concludendum fere videtur spiram ad tunicam ipsam alligatam esse. Quae enodatio versibus citatis saturae octavae commendatur. Sed res est in dubio[1]. Spiram autem, etiamsi non ad tunicam, sed ad galerum alligata erat, tamen circum pectus cum tunica cohaerere uterque locus demonstrat. Quoniam vero spira etiam cum retibus iuncta erat, scriptor fragmenti dictione non satis accurata usus retia ipsa tunicis iungi dicit atque spirae commemorationem omisit. Quibus expositis veri dissimile non est retis cum tunicis spira iungi, priusquam gladiator certamen init, i.e. tempore, quo retiarii armatura instruuntur.

Jam Deckeri explicatio (l.l.p. 308 et 310) refutanda est, qui sententiam a vocibus "quid quod" incipientem post vocabulum "tridentem" nota interrogativa distinxit. Eius translatio est haec: "bien plus, il (sc. lanista) ne permet pas, qu'on mêle les filets aux vulgaires tuniques, et fai déposer dans des chambres distinctes l'armure qui recouvre l'épaule (le galerus, arme défensive) et le trident, qui heurte la cuirasse ennemie (arme offensive)". Inde elucet virum illum doctum verbis ponendi et iungendi idem subiectum logicum, quod est "lanista" supposuisse. Praeterea Deckerus lanistam curare, ne retia, quae vocat pretiosa, cum tunicis, quae nominat viles, confundantur neve arma defensionis et impetus una deponantur, obtinet. Si quis vero domum privatam ante commemoratam (365,1 sq) propter mores corruptos castigari eiusque turpitudinem "lanistae laribus" illustrari respexit, gladiatorum descriptionem non tam ad ordinem vulgarem quam moralem spectare debet agnoscere.

Hoc de loco desperato a multis diligenter disputata esse concedo,

------

1) Hoc unum addo spiram, siquidem tunicae faucibus adiuncta erat, galero re vera iactari, quotiens retiarius umerum movebat. Galerus enim iactatus, quo est pondere, et tunicam et quae cum illa cohaerent iactat.

tamen omnia nimis contorta esse video manentque tenebrae densae. Nam quia spirae illius mentio a poeta nom facta est, quis acutior de spira cogitabit Itaque Birtio iudice, praeceptore meo carissimo, potius librarius in culpa est. Vide enim, quantum luminis huic loco afferat, haec viri illius doctissimi emendatio: "quid quod nec retia turpi iunguntur s i c a e nec cella ponit eadem" etc. Dittographia est; illud "tur" bis scriptum erat, ut "tunicae" pro "sicae" nasceretur; est autem sica id quod hoc loco exigitur; respondet enim retibus ita ut euhoplius retiario.

Usus verborum, quae sunt "quid quod" a Juvenalis genere dicendi non abhorret. Idem enim sat. III 86 et 147 gradationem vocabulis illis introducere omisit.

nec - nec.

Wilsonius l.l. p. 273 "nec" valere idem atque "ne quidem" Juv. II 152, III 90 XIV 246 nisus contendit. Neque vero partes viri illius docti sequendum esse censeo. Immo copula "nec" antecedens sequenti recipitur et sensus, qui est "weder noch" eodem modo supponendus est, quo legimus apud Juv. II 130: "nec galeam quassas, nec terram cuspide pulsas, nec quereris patri?", saepius

365,10: turpis tunica.

Tunica, si recte traditur, psilo est. Qui cum moribus corruptis sit, vestimentum eius turpe nominatur simili translatione adhibita, qua mensa appellata est "sacra", quia accubantes exsecrabiles sunt. Praeterea conferas Juv. VIII 207 et II 143: "vicit et hoc monstrum tunicati fuscina Gracchi".

cella.

Hae ludi gladiatorii partes alibi Juvenalis saturis non commemorantur; sed lupanaris cubiculum ita significatur VI 122, 128. Conclave in summa parte

aedium exstructum eodem modo nominatur sat. VII 28.

pono.

Verbum ponendi in versu decimo vim habet, quae est "ablegen", in versu tricesimo primo, quae est "anlegen". Ad hunc locum conferas Juv. VIII 88 et X 65: "pone domi laurus" et VI 347, ad illum VI 264: "positis armis" VI 172: "pone sagittas", XVI 45: "ponente lacernas Caedicio".

idem.

Fragmenti usus cum Juvenaliano congruit. Quod ad sensum pertinet, vox, quae est "eadem" ita intellegi debet: retiarius non eadem in cella qua euhoplii arma deponit.

365,11: munimenta umeri.

O: "humeri". Exempla consonantis "h" spuriae Ribbeckius, Prol. crit. ad P.Vergilii Maronis opera p. 421 dat, cf. Kelleri "Epileg. zu Horaz" ad carm. I 2.31 et Birtium: Lateinische Aspiration p. 160,214. Vocibus, quae sunt, "munimenta umeri" galerus designatur (cf. Friedl. Sitteng. Roms II p. 535). Scholiasta ad Juv. VIII 208 annotat: "galerus est umero impositus gladiato Ex saturis ipsis conferas IX 28/29: "pingues aliquando lacernas, munimenta togae".

pulsare.

Codex Bodleianus exhibet: "pulsatamque", quae verba sensu carent. Ab aliis viris doctis alio modo emendata sunt (cf. Class.Rev. XIII p. 207,266,267, 268; Class.Rev. XV p. 263; Amer.journ.of phil. XXII p. 273). Postgatium autem sequendum esse contendo, qui "pulsantemque arma tridentem" correxit. Similia Juvenalis II 130 praebet: "nec galeam quassas, nec terram cuspide pulsas".

arma.

Hoc loco arma non tam ad impetum (cf. Duffium, Class.Rev. XIII p. 268) quam

ad defensionem (cf. Wilsonium l.l.p. 273) spectare mihi persuasum est. Inprimis secutoris clipeus tridentis ictus recipit. Murmillonis armaturam Juvenalis VIII 200-203 describit, unde cognosci potest poetam quoque Aquinatem vocem, quae est "arma", ita adhibuisse, ut armaturam, qua pugnatores defenduntur, designet, cf. sat. VIII 123/24.

365,12: nudus.

"Latiore sensu nudi etiam dicuntur, qui togas tantum deposuere et in solis tunicis sunt (Corradinius)", cf. Juv. II 71: "nudus agas" et Verg. georg. I 299: "nudus ara, sere nudus". Idem sensus loco fragmenti supponendus esse mihi videtur. Claussius l.l.p. 13 profert: "Nam etsi sane retiarii subligati in monumentis conspiciuntur, tamen de nudorum et tunicatorum discrimine nihil certo constat" (cf. Friedl. annot. ad. Juv. VIII 207, Sitteng. Roms II p. 535). Immo vero Juvenalis tunicam appellat vestem retiarii propriam". Postgatius (Class.Rev. XIII p. 207) autem interpretatus est: "nudus i.e. nudus vultu". Sane quidem in voce, quae est "nudus", retiario corporis tegumentum fere nullum esse subauditur. Ita enim translatio Latina vocabuli antecedentis, quod est "psilus" datur Sed propter oppositionem, quae exstabat v. 365,9 sq. inter psilum et euhoplium, adiectivum "nudus" ad vultum solum referri posse non crediderim. Quam interpretationem non exactam esse non infitior, quia galerus et balteus retiario praesidio sunt. Attamen tutela exigua instructus, siquidem cum euhoplio comparatur, ob eam ipsam oppositionem "nudus" vocari potest. Quod ad tela attinet, ex analogia vocis Graecae, quae est γυμνής sive γυμνήτης cognosci potest etiam "nudos" telis instructos fuisse.

pars.

Buecheler in Mus. Rhen. 54 p. 485 puncto duplicato post vocem, quae est "ludi" inserto eum ipsum, qui nudus pugnat, ultimam ludi partem esse con-

tendit (cf. Wilson. 1.l.p. 274). Sed virum illum doctissimum sequendum non crediderim praecipue ea de causa, quia retiarius euhoplio turpior n est. Immo his versibus pars ludi gladiatorii maxime remota, quae homines improbos recipit, videtur designata esse. Quae interpretatio eo quoque probatur, quod ibidem obscenos "in carcere accipi" poeta commemorat. Nam fragmenti Bodleiani verba ita construenda esse puto: pars ultima ludi in carcere accipit has animas aliosque nervos. Atque "hae animae" sunt psi "nervi" autem euhoplii. "Nervus" enim idem valet atque mentula vel penis Praeterea verba, quae sunt "in carcere", idem valere necesse est atque: in carceribus. Psili enim et euhoplii in eodem carcere non sunt. Sed utr que cinaedorum genus in suum carcerem includitur. Attamen numerum singul rem suo jure adhibitum legimus, cum apud Romanos numerus pluralis, ubi d eo agitur, quod vocamus "Gefängnis" inusitatus fuerit.

Restat, ut Deckeri interpretatio 1.l.p. 308 et 311 sq. nonnullis ad umbretur. Qui puncto post v. 365,11 addito membra sententiae, quae versi 365,12-13 continetur, ita dividit: "Qui nudus pugnare solet, pars ultima ludi accipit has animas, aliosque in carcere nervos" et transfert: "Ains celui qui combat à visage découvert, rebut de l'école des gladiateurs, a quiert ce tempérement (i.e. cet esprit d'ordre et hiérarchie)... et port dans la prison d'autres fers (que ses compagnons)!" Sed retiarios, quia vultus galea non tectus erat, despectos fuisse minime constat (cf. Fried Sitteng. II p. 537). Praeterea hoc loco adiectivum "nudus" non habere vi quae est "nudus vultu" supra dictum est. Neque poetam Latinum, quicumque lanistae discipulum ordinem et obcedientiam in ludo discere narraturus e dictione tam inepta uti potuisse crediderim

Ceterum cum usu vocabuli "pars" ex Juvenalis saturis comparanda sun VII 43,44; XII 48: XV 85: IV 147. Optimum autem exemplum affertur ex Sene nat. quaest VII 31.5 haustum, ex quo colligendum est in additamento Oxo-

niensi non tam hominem quam locum ludi gladiatorii significatum esse: "cotidie comminiscimur, per quae virilitati fiat iniuria ut traducatur quia non postet exui: alius genitalia excidit, alius in obscenam partem ludi fugit et locatus ad mortem infamiae armatur. egenus etiam in quo morbum suum exerceat legit".

ultimus.

Juv. sat. XV 90/91: "ultimus autem qui stetit", quo loco spatii magnitudo designatur. Alium autem sensum praebet sat. VIII 44: "volgi pars ultima nostri"; ibi enim de infima parte plebis sermo est.

ludus.

Juvenalis quoque hoc verbo ludum gladiatorium significavit, cf. VIII 199; XI 20; VI 82: "nupta senatori comitata est Eppia ludum".

365,13: + accipio.

Conferas Vergil. Aen.III 353: "illos porticibus rex accipiebat in amplis". Differt usus Juvenalis ipsius, qui cum verbo accipiendi praepositionem "in" coniungi numquam passus est, cf. e.g. VI 147 - 149; VIII 88.

+ alius.

Codex oxoniensis exhibet: "aliosque". Quam lectionem servandam esse censeo. Vocabulum enim, quod est "alios", vocibus, quae sunt "has animas" oppositum ad "nervos" applicandum est; intellege nervos, qui alii fiunt, si in carcere sunt; hoc est illud: alios in carcere nervos. Neque additamenti dictio a Juvenalis genere dicendi abhorret, cf. VII 114, 182; VIII 60, 61; IV 138; X 150. Quod ad v. 365,27: "aliis hunc mimum" attinet, Juvenalem, quamquam vocem "alius" saepe adhibebat, tamen dativum numeri singularis et pluralis vitavisse debet moneri.

+ nervus.

Juvenalis bis hoc verbo usus penem "nervum" nominavit, cf. IX 34 et X 205. Neque vero numerum pluralem adhibuit, sed cf. Petron. sat. 131,6: "dicto citius nervi paruerunt imperio". Quae cum ita sint, fragmenti dictio a Juvenalis sermone abhorret. Owenius, Class. Rev.XIII p. 267 explicat: "Such creatures and others are visited with the stocks in prison". Cuius viri docti interpretationem fallacem esse iudico. Poeta enim nihil dicere vult nisi haec: in domo privata Oclocynthae et Chelidones versantur et mensae adsistunt, in ludo autem lanistae psili et euhoplii separantur et in carcerem includuntur.

365,15: cum quibus.

Fragmenti genus dicendi a Juvenale nescio an differat. Poeta enim Aquinas a praepositione "cum" numerum pluralem pronominis relativi pendere noluit, cf. IV 9: "cum quo", item IV 87; VI 531; X 235; XIII 155. Sed illud "cum" pronomini personali postpositum semel cum numero plurali coniunctum est: sat. I 101: "nobiscum".

+ Surrentinus.

Poeta Aquinas hoc vocabulo non usus est. Idem vinum Albanum cum Setino (sat. V 33) aut cum Falerno (sat. XIII 214 - 216)composuit. Sed apud alios scriptores ea ipsa vinorum genera, quae sunt Albanum et Surrentinum, iunctim commemorata invenimus. Conferas, ut alia omittam, Plin.n h. 14,64: "Ad tertiam palman varie venere Albana urbi vicina, praedulcia ac rara in austero, item Surrentina in vineis tantum nascentia, convalescentibus maxime probata propter tenuitatem salubritatemque".

+ recuso.

O: "recusat". Plattius correxit: "recuset". Quem virum doctum sequi non dubitaverim. Quod ad sensum pertinet, Juvenalis similia narrat sat. XI 172/3 et sat. XIV 134: "invitatus ad haec aliquis de ponte negabit". Neque vero verbum recusandi in saturis Juvenalianis invenies.

365,16: + ruinosus.

Juvenalis hoc verbum non adhibuit, cf. Cic. de off. III 13,54: "Vendat aedes vir bonus propter aliqua vitia..... male materiatae sint, ruinosae sed hoc praeter dominum nemo scit".

+ degusto.

Verbum degustandi frustra in Juvenalis saturis quaesiveris. Cuius de usu conferas Cat. de agr. 148: "quot dies per dominum mora fuerit, quo minus vinum degustaret, totidem dies emptori procedent". Poeta Aquinas bis (sat. VI 633, 660) verbum praegustandi praebet.

365,17: recedo.

Uxores recedunt sc. a maritis. Wilsonius l.l.p. 275 explicat: The usual compound in this connection is "discedere"; Cael. in Cic. fam. 8.6.1" "uxor a Dolabella discessit".

365,18: languens.

Uxores his (sc. spadonibus) servant animum languentem (i.e. qui in puerperio languet) et seria vitae (i.e. puerperium ipsum), cf.Hieron.epist. 117.8.2: "ipsum iactant adsidere lectulo, obstetrices adhibere languenti, portare matulam, calefacere lintea, plicare fasciolas".[1] Max Maasius l.l. p.423 vertit" Für sie bewahren sie das wenige, was ihnen von Seele und Lebensernst geblieben ist". Neque vero verba huius translationis et codicis inter se congruunt. Vir ille doctus sensum supponit, qui ex verbis fragmenti non satis certe cognoscitur. Idem dicendum est de Claussio l.l.p.11: "von ihnen lassen sie sich über flaue Stunden hinweghelfen, mit ihnen besprechen sie ihre ernsthaften Angelegenheiten"; cf. Clauss. l.l.p. 15. Neque Richardsius, qui Class.Rev. XIII p. 401: "ad seria" correxit, sequendus esse

1) Alii alio modo interpretati attulerunt Quint. decl. 591 p. 160.4 (ed. Riterus) et Catull. 64. 99.

videtur. Quibus expositis pronomen "his" (365,18) casus dativi esse neque ad vocem "magistris" (365,19) spectare apparet, ita ut Housmani quoque coniectura (ed. ad. h.l): "his (abl.!) languentem animum solvunt (vel relevant") et seria vitae i.e. horum ope" reicienda sit.

animus.

Juv. VI 206/7: "si tibi simplicitas uxoria, deditus uni est animus"; X 24 "ut vigeant sensus animi"; II 12: "atrocem animum"; I 152: "animo flagran XV 52: "animis ardentibus".

servare.

In versibus novis "servare" valet idem atque "reservare", cf. Juv. IV 111 V 71; IX 54; XII 6.

seria vitae.

Juv. XIII 21: "incommoda vitae"; XI 207: "taedia vitae". Vocabulum, quod est "serius", substantivi vice positum occurrit Juv. sat. XI 93: "nemo inte curas et seria duxit habendum".

disco.

Juv. VI 66: "Thymele tunc rustica discit"; XIII 22: "nec iactare iugum vitą didicere magistra"; Claud. in Eutr. II 157: "et molli didicit parere magistro". De cinaedorum saltationibus cf. Clauss. p. 11.

365,19: vibro.

Juvenalis verbum vibrandi semel adhibuit VIII 204: "postquam vibrata pendentia retia dextra nequiquam effudit". Praeterea afferri debent Mart. V 7 26 sq.: "nec de Gadibus improbis puellae vibrabunt sine fine purientes lascivos docili tremore lumbos" et Claud. in Eutr. II 359/60: "quis melius vibrata puer vertigine molli membra rotet, verrat quis marmora crine supin

365,20: quisquis.

Genus neutrum pronominis, quod est "quisquis", apud Juvenalem saepe tracta

tionis conclusionem introducit, si poeta singula accuratius describere spernit, cf. sat. VI 466,643; IX 97; XI 191; XIII 83. Sed viros doctos, qui sententiam ab illo quod est "quicquid" incipientem particulae sequenti addunt, errare mihi persuasum est. Neque enim bona esse, quae "praeterea docentur" et mala, quae sunt "clunem vibrare" scriptor dicere vult. Immo omnia (cf. v. 365,2), quae cinaedi docent, turpia sunt. Voce "tamen" cinaedos interdum adulteros esse praemonstratur.

+ doceo.

Juvenalis cum formis indicativi et coniunctivi, quot exstant, semper obiectum vel infinitivum coniunxit. Additamenti Winstedtiani usus absolutus a saturarum genere dicendi differt. Aliud est, quod participia poeta Aquinas absolute adhibuit, cf. VII 158; VI 445; VII 215.

365,21: fidem habere.

Juv. II 8: frontis nulla fides"; III 144: "tantum habet et fidei". Fragmenti verba intellegenda sunt: cui diffiditur, est ille, qui uxores obscenos cinaedorum motus docet.

+ pasco.

Juvenalis verbo pascendi semper sensu genuino, qui est "nutrire", usus est. Neque differt sat. V 150: "quorum solo pascaris odore", ubi Rupertius annotat: "delecteris vel potius nutriaris, quia "solo odore" dicitur". Significatio fragmenti longe alia est. Quem ad usum comparari possunt Horat. sat. I 3,35: "me solatus iussit sapientem pascere barbam", et Verg. Aen. VII 391: "sacrum tibi pascere crinem". Cinaedi enim fuligine adhibita oculos faciunt maiores, cf. Friedl. annot. ad Juv. II 93.

365,22: + distinctus.

Hoc loco idem valet atque "ornatus". In saturis Juvenalianis participium passivi quod est "distinctus" frustra quaesiveris. Conferas ergo Cic. Verr.

4.27.62: "Pocula ex auro gemmis distincta clarissimis" et Sil. It. 2.602 "Callaico vestes distinctas matribus auro". Praeterea participium "disti tus", siquidem idem est atque ornatus, de oratoribus perpolitis, de alii autem hominum generibus nusquam in usu esse monendum est, cf. Cic.Brut.1 "Non veri simile est quam sit in utroque genere et creber et distinctus Tac.dial.de orat. 18: "Sic Graccho politior et ornatior Crassus, sic utr que distinctior et urbanior Cicero",[1] Alibi enim semper res "distincta vocantur. Poeta Aquinas verbo distinguendi semel tantum, cum de piscibus verba faceret, significationem, quae est "ornare", supposuit, cf. V 80/8 "aspice quam longo distinguat pectore lancem, quae fertur domino squilla"

+ crocea.

Adiectivum "croceus" substantivi more ita adhibitum, ut "crocea" designe crocea vestimenta, ante Hieronymi tempora in litteris non occurrere a Bi doctus annoto. Cuius usus exemplum vulg.thren. 4.5 praebet: "qui vesceba voluptuose, interierunt in viis; qui nutriebantur in croceis, amplexati s stercora" i.e. qui in purpura recumbentes cibos sumebant, nunc in sordibu iacent (Forcellinius). Wilsonius, ut croceorum usum illustret, l.l.p.275 fert Juv. II 97, Verg. Aen. XI 775/6; Mart. I 96.9: "galbinos habet mores Molles enim vestimenta huius coloris induunt. Juvenalis autem ea ipsa voc res librarias significavit VII 23/24: "atque ideo croceae membrana tabell implentur", cf. Birtium: Crit. u. Herm. p. 291.

+ reticulatus.

Hominem vocari "reticulatum", quia crines reticulo circumdat, quod video, alibi non invenitur. Juvenalis neque, cum.sat. II 96 cinaedorum habitum[2]

1) Ceterum cf. H. Bausch: Studia Propertiana, Marpurgi a 1920 p.14; de Catulli v. 64, 283.

2) "reticulumque comis auratum ingentibus implet".

describeret, neque omnino vocem "reticulatus" adhibuit.

365,23: suspectus tibi sit.

Juv. XII 93: "nec suspecta tibi sint haec". Seneca (ed. Haasius III p.429) de matr. 51: "(honorandus) et in longam securamque libidinem exsecutus spado, sub quibus nominibus adulteri delitescunt".

+ quanto.

Sane Wilsonio l.l.p. 276 concedendum est: "in a large majority of cases (21 : 6) Juvenal omits "tantus" before quantus". In fragmento autem non solum "tanto" sed etiam "magis" omissum est. Itaque quae Wilsonius protulit, additamenti Oxoniensis dictionem nom satis illustrare possunt. Neque alios locos atque eos, qui formas comparativas cum pronomine relativo "quantus" coniunctas continent, comparare licet. Exempla Juvenaliana habemus duo:X 13 sq: "cuncta exuperans patrimonia census quanto delphinis ballaena Britannica maior," et VIII 140/41: "omne animi vitium tanto conspectius in se crimen habet, quanto maior qui peccat habetur". Quibus e locis elucet Juvenalem, quamquam particulam antecedentem "tantum" interdum omisit, tamen vocabula, quibus vis comparativa inest, praemittere non neglexisse, quotiens posteriorem sententiae partem comparatione adhibita composuerat. Discrepat ergo versus novi sermo a Juvenaliano.

vox mollis.

Juv. VI 198: "dicas haec mollius Haemo", II 111/12: "fracta voce loquendi libertas", Phaedr. append. VIII 1/3: "Magni Pompei miles vasti corporis fracta loquendo et ambulando molliter famam cinaedi traxarat certissimam", Quint. inst. orat. XI 3, 23: "Non enim tam molli teneraque voce, quam forti et durabili opus est", Claud. in Eutr. I 340/41: "ne vocis acutae mollities levesve genae se prodere possent".

+ quo .

Adverbium "quo" formis comparativis ita adiunctum, ut voces respondentes "eo" vel "hoc" addantur aut suppleantur, in Juvenalis saturis non occurr Comparare oportet Juv. VI 333/34: "mora nulla per ipsam quo minus inposi clunem summittat asello". Sed hoc loco verba quae sunt "quo minus" formu vim adepta coniunctionis significationem praebent. Praeterea asciscere d bemus Juv. II 22: "quo deterior te? Neque vero in hoc versu ablativum me surae, sed causae invenimus; Rupertius enim explicat· "quanam re, quomod quam ob rem".

365,24: teneri lumbi.

Cf. Juv. VIII 16: "tenerum lumbum" et Pers. 4.35: "arcana lumbi". Bueche l.l.p. 487 teneros lumbos esse puerorum femina explicat. Quem virum doctum secutus Wilsonius l.l.p. 276 haec profert: "To disarm the husband's suspicion the "mollis" asumes an interest in boys; this regulary indicat indifference to women. Nowithstanding Prof. Housman's positive assertion "teneris h.d. lumbis (ipsius of course)", I still believe that "teneris lumbis", by a device common in Juvenal (e.g. III 275, Friedl. on II 170) equivalent to "tenerorum lumbis". Otherwise we lose the point of the pas ge, viz., the attempt on the part of the "obscaenus" to conceal from the husband his real character. In v. 25, however, he strips off the disguis Quam Wilsonii interpretationem omnibus ex partibus accipio. Sed vir ille doctus eundem vocis "tener" usum, qui sat. VII 237 exstat, annotare omisit: "exigite ut mores teneros cum pollice ducat", quo loco "mores tener sunt mores tenerorum puerorum.

365,25: lectus.

O: "tecto". Postgatius (Class.Rev. XIII p. 207) correxit: "lecto". Dictio nis differentia inter fragmentum Oxoniense et Juvenalem nulla exstat, cf. e.g. VI 268 et IX 78.

+ fortissimus

Juvenalis formam superlativam nusquam adhibuit. Licet autem cum versu novo comparare, quae poeta Aquinas protulit IV 3/4: "aegrae solaque libidine fortes deliciae".

365,26: + docilis.

Mart. V 78. 27/8: "Vibrabunt sine fine prurientes lascivos docili tremore lumbos". Juvenalis adiectivum, quod est "docilis" semel usurpavit atque cum ablativo coniunxit, XIV 40/41: "quoniam dociles imitandis turpibus ac pravis omnes sumus". In fragmento autem usus absolutus (cf. 365,20: doceo) occurrit.

Thais.

Juv. III 93: "cum Thaida sustinet aut cum uxorem comoedus agit". Claussius l.l. p.20 annotat: "Frequenter Juvenalem scaenam fabulasque commemorare notum est. Conf. VI 61; III 93 sq; VIII 186, 197. Versus fragmenti 26 locus consimilis exstat VI 44: "quem totiens texit perituri cista Latini". Thais est nomen meretricis apud Romanos maxime usitatum, cf., ut alia omititam, Ter eun. 391, saepius; Mart. III,8 saepius.

+ Triphallus

Posgatius (Class Rev. XIII p. 207, cf. Wilsonium l.l.p. 276 et Claussium l.l.p. 15) haec addit: "Triphallo, cod. Tripallo, a Priapus – like figure of Roman Comedy and Satire; cf. Varro "Triphallo" apud Non. 131,26; Priap (Tib.) 83,9 where F has Tripallo". Praeterea alicuius momenti sunt, quae Housmanus (Class.Rev. 13 p. 267) protulit: "This sham weakling is compared to a Triphallus who "saltat" Thaida, plays the part of Thais in a mime Either "Thais saltata Triphallo" stands for "Triphallus qui Thaida saltavit" as "devictam Asiam" stands for "devictorem Asiae" et Verg. Aen. XI 268 or else "exuit personam Thais" means "Thais, quae persona est, exuitur" (= deponitur) as "altera maternos exaequat turba Libones (Scipionibus paternis) " means "altera turba, materni Libones exaequantur et Prop. IV 11 31". Ceterum Juvenalis nomine Triphalli non usus est.

365,27: + quem rides.

In saturis Juvenalianis dictionem, quae est "ridere aliquem" frustra quaesiveris. Poeta enim Aquinas accusativos nisi tales,quibus res significantu a verbo ridendi pendere noluit, cf. VI 343, VIII 192, X 51. Quae cum ita sint, Buecheleri prior interpretatio 1.1.p. 485: "quem rides aliis,hunc mimum - sponsio fiat" praeferenda videatur, nam Buecheleri verba ita intelligenda esse videntur: quem mimum rides aliis (bei anderen), hunc mimum ipse paras. sponsio fiat! purum te contendo virum. Poeta autem Triphallum vel cinaedum quendam his verbis alloquitur. Neque vero, quia obiectum "ali ad verbum ridendi insolentius additum est, hanc enodationem acceperim, imm Housmani explicationem (Class.Rev. XIII p. 267) maluerim: "quem rides? ali hunc mimum! sponsio fiat!" Exstat autem sermonis differentia inter saturas et fragmemtum Oxoniense, cum Juvenalis non tam homines quam res significaverit ridendas. Vide contra schol. ad Juvenal. V 138 "Vergilium ridet"; concinit igitur fragmenti sermo cum sermone scholiorum.

mimus.

Plerique viri docti asciscunt Juv. VI 608: "(Fortuna) secretum sibi mimum parat". Neque vero in additamento Winstedtiano de ioco, sed de deceptione vel praestigiis sermonem esse puto. Qua de causa ad illustrandum fragmenti locum praefero Juv. XIII 109/10: "nam cum magna malae superest audacia causae, creditur a multis fiducia. mimum agit ille, urbani qualem fugitivus scurra Catulli." Similia Persius dicit III 30: "ad populum phaleras, ego te intus et in cute novi".

365,28: + contendo.

Juvenalis verbum contendendi non usurpavit. Neque adiectivum participiale, quod est "contentus", nisi a verbo continendi derivatum in saturis occurrit Optime autem ad v. 365,28 Catull. carm. 44.4 quadrat: "Quovis Sabinum pignore esse contendunt", quo loco de sponsione poeta disserit. Verba, quae

sunt: "purum te contendo virum etc." non a marito pronuntiari (cf. Duffium Class. Rev. XIII p. 268) Claussius l.l.p. 15/16 comprobavit. Idem re vera cinaedum a poeta appellari exemplis allatis demonstrat.

365,29: an vocat.

Saepius in saturis Juvenalianis, simulatque interrogationes dubitativae obvenerunt, pro coniunctivo modus indicativus exstat, cf.Friedl. annot ad. Juv. III 296: "in qua te quaero proseucha?" Optimum autem exemplum est Juv IV 130: "quidnam igitur censes? conciditur?" (= concidatur).

ancilla.

Juv. VI 119: "linquebat (Messalina maritum) comite ancilla non amplius una" Versus 365,29 duas expilcationes patitur, quarum una est: ancillae ad tortorem vocantur, quia adulteria uxorum cognita habent atque adulteros indicare possunt. Altera autem est: ancillae ad tortorem vocantur, quia ipsae cum cinaedis amore coniunctae sunt.

+ pergula.

Juvenalis semel hac voce usus translatam significationem praebet XI 136/37: "sed nec structor erit cui cedere debeat omnis pergula (= omnes discipuli pergulae)". In fragmento Bodleiano sensus genuinus occurrit; exstat ergo dictionis discrepantia inter utrumque scriptorem

365,30: veteres amici.

Cf. Friedl. ad Juv. I 132; Juv. III 1: "veteris amici", VI 346, VIII 151/52: "amici iam sen~~l~~is". In fragmento autem Winstedtiano vocabula, quae sunt "vetus" et "nunc" opponuntur. Vide sub voce "nunc" v. 365,32.

quicumque.

Leo, Herm. 44 p. 603, vituperat, quod pronomen "quaecumque" ad sententiarum conexum non quadrat. Quem virum doctum Claussius l.l.p. 25 impugnat: "Nam indignatione inflammatus vivida elo~~l~~cutione nullo modo servari posse uxorem

pudicam explicat (sc. Juvenalis) verbaque effundit: "consilia et quaecumque monetis", animo quasi complectens omnia prohibendi adulterii subsidia, quae possint afferri, minimeque considerat duo consilia sola a se memorari: sera custodesque". Neque vero eius verba Leonem convincere possunt. Si quis enim versum sequentum (365,31) respexit, qui dat explicationem antecedentis, "consilia et quaecumque monetis amici" ad seras et custodes spectare debet agnoscere. Idem hac sententia, quae a pronomine "quaecumque" incipit, inde per illud "olim" versus genuini 346 circumscribi intelliget. Qua de causa versus 365,30-31 praestantiores quam vv. VI 346-48 esse Claussius falso contendit (cf. amphibrachyn "monetis" adhibitum pro "monaetis" v. 346). Immo Leo versus 346-48 meliores esse recte iudicat. Usus autem vocis "olim", in qua Winterfeldius, Berl.Phil.Wochschr. 1899 col. 793/94, offendit, exemplis a Friedlaendero ad Juv. sat. III 163(=iamdudum) allatis satis illustratur.

365,31: + cohibeo.

O: "cohibes". Accipienda videtur emendatio "cohibe", quia in VI 347 formae imperativae P "prohibe", ω "cohibe" traditae sunt. Aliter Wilsonius l.l.p. 277 iudicat, qui codicis Oxoniensis lectionem servandum esse contendit. Neque vero viris doctis assentior, qui in v. VI 347 vulgatam lectionem "cohibe" textui inseruerunt. Juvenalis enim verbum cohibendi absolute non usurpavit cf. sat. V 71: "dextram cohibere memento". Quo ex usu elucet fragmenti genus dicendi a Juvenaliano differre. Accedit, quod sensus in additamento Oxoniensi alius est atque in sat. V v. 71. Hic enim significationem translatam, quae est "in officiis continere, moderari" invenimus, illic autem eam, quae est "includere aliquem, ne exeat".

365,32: nunc.

Juv. XIV 189 sq.: "haec illi veteres praecepta minoribus, at nunc post finem autumni media de nocte supinum clamosus iuvenem pater excitat". Locus fragm

ti ita interpretandus est (cf. Lommatzschium, Bursinansjahresber. 1916/18 p. 109); consilia veterum amicorum obsoleta sunt, nam remedia adulterii ipsorum iuventute usitata commendant. Illis temporibus custodes neque stupra cum uxoribus committebant neque de furtis tacebant. Temporibus autem, quae poeta appellat "nunc", "custodes furta puellae silent". Itaque consilia amicorum nihil valent.

lascivus.

"Lascivas puellas" commemorant Ovid. ars. am. I 523: "Cetera lascivae faciant, concede, puellae"et Verg. georg. III 64/65: "Malo me Galatea petit, lasciva puella".

+ furtum.

Sermo saturarum et additamenti Oxoniensis inter se non congruunt.Juvenalis sensum genuinum praebet XI 144: "exiguae furtis imbutus ofellae". Sed in v. 365,32 furtivi amores illa voce designantur. Quem ad usum conferas Catulli. 68. 136: "rara verecundae furta feremus erae", ibid. v. 140: "(Juno) noscens omnivoli plurima furta Iovis", Tibull. 1.2.34, Verg.georg.4. 346, saepius.

356,33: merces.

Juv. VII 175: "quippe haec merces lautissima", sat. XIV 164: "merces haec sanguis atque laboris", sat. XIV 273: "victum illa mercede parat".

+ sileo.

Juvenalis verbum silendi nisi absolute non adhibuit, cf.III 304, VI 238; VII 169. In additamento autem Winstedtiano obiectum ex illo verbo pendet; atque usum transitivum cognoscimus. Discrepat ergo stilus saturarum a versibus novis.

365,34: ille.

Pronomen, quod est "ille", substantivo non adposito usurpatum est. Idem

in v. 365,14 ad sententiam pertinet, quae a pronomine relativo incipit (c
Juv. VIII 70,117; XVI 48), in versibus autem 365,20 et 34 ad antecedentem
respicit (cf. e.g. Juv. X 67, VI 348, VIII 258).

incipio.

Juvenalis praeter sat. VI 348 verbum incipiendi non cum praepositione,qua
est "a" coniunxit. Plerumque infinitivus ab illo verbo pendet.

Caput V: Conclusio.

Conclusionis loco faciamus summam disputationis. Versus Winstedtian propter rem metricam,magis etiam propter dictionem falsae originis suspicionem movent. Quamquam nonnullae sermonis differentiae sunt exiguae, tam exemplum exemplo ita adiuvatur, ut multitudine discrepantiarum offensi fragmentum Oxoniense Juvenali ipsi tribuere non audeamus. Neque vero argument certissima desiderantur. Imprimis damnum metricum v. 365,2 et usus vacabulorum "Colocyntha" et "euhoplius" et sensus verborum "crocea" et "follis" scriptorem non ante saeculum quartum exiens vel quintum incipiens vixisse clamant atque demonstrant; scilicet non ante Porphyrionis aetatem (cf.p.1 et p. 8/9) sive Hieronymi temporibus et Caelii Aureliani (cf.p.8 et p.24 p. 36). Accedit, quod scholia fragmento Bodleiano adscripta non sunt.

Quae cum ita sint, iam mihi liceat nonnulla testimonia afferre,e qui elucet versus novos cum tenore antiquitatis cadentis optime congruere. Ammianus Marcellinus nos docet XXVIII 24: "quidam detestantes ut venena doctrinas, Juvenalem et Marium Maximum curatiore studio legunt, nulla volumin praeter haec in profundo otio contrectantes".Praeterea testem habemus Hieronymum, qui epist. 22,28 et 79,9 ea scripsit, quae additamento Oxoniensi co similia sunt; has epistulas qui legerit, intelleget unde ortum sit rerum

obscenarum studium quo captus est fragmenti poeta. Ad extremum commemorandum est illis ipsis temporibus castrationes et eunuchorum usum quam maxime adauctum esse. Primus Domitianus viros exsecari vetuit (cf. Dictionnaire d'antiquités ed. Daremberg - Saglio). Quod edictum a Nerva renovatum est. Hadrianus lege Cornelia de sicariis et veneficis usus eos, qui sceleri illi operam dabant, multavit (cf. Dig. 48.8 = corp. iur. civ. vol. I ed. Kruegerus-Mommsenius p. 802). Neque vero profecit. Immo magis magisque castratio in usum venit. Quantopere floruerit, ex Ulpiani, Pauli, Modestini verbis possumus cognoscere. Regnare in aula incipiunt eunuchi inde a temporibus Heliogabali. Constantinus Magnus de eunuchis iterum crimen exsecandi impugnavit (cf.cod. Just. IV 42 = corp. iur.civ. vol. II ed. Kruegerus p. 719); frustra, nam quantum valuerint castrati eo ipso et eius filiis regnantibus docet Ammianus Marcellinus; idem constat de temporibus Theodosii et Arcadii et aliis testibus et Claudiano poeta qui de Eutropio carmen scripsit. Itaque ad nullum tempus magis aptum videbitur falsarii fragmentum quam ad tempus fere Ammiani Marcellini.

Saturae autem sextae Juvenalianae ipsa dispositio versibus novis evertitur. Quae tamen quaestio non potest diiudicari nisi coniuncta cum ea, quae est de versibus sat. VI 346 - 48. Leo (l.l.p.605) et Claussius (l.l. p. 30) tres illos hexametros ex vv. 365,30 - 34 esse derivatos atque post VI v. 345 insertos delere conexum sententiarum obtinent. Quos viros doctos Birtius (Mus.Rhen. 70 p. 550) impugnat. Idem demonstrat Juvenalem, postquam sat. VI v. 136 - 345 molestias descripsit, quas maritus ab uxore accipit, inde a v. 349 - 591 incommoda, quae homines praeter maritum ab uxore sustinent, ita enumerare, ut versus VI 346 - 48 prooemii loco parti sequenti (v. 349 - 591) praeposuerit. Praeterea Lommatzschius (Bursians Jahresberichte 1916/8 p. 109) alia disponendi ratione atque Birtius usus versus VI 346 - 48 post VI v. 345 additos nihil offensionis praebere comprobat. Neque vero vv. VI 346 - 48 consilium, quod legimus amplificatum v. 365,

30 - 34, cum vv. 365, 1 - 29 consentire idem nos certiores facit. Vir enim ille doctus recte vituperat, quod adulterii remedia, quae sunt custodes et serae, inepte commemorantur, quoniam domus impura versibus 365,1 - 29 descripta est. "Dieser Gedanke gehört mithin nicht hierher, sondern nur dorthin, wo sie (sc. vv. VI 346 - 48 = 365,30 - 34) sonst stehen, hinter v. 345". Re vera autem non tam vv. VI 346 - 48 ex vv. 365,30 - 34 quam vv. 365,30 - 34 ex vv. VI 346 - 48 esse derivatos ex v. 365,33 possumus intellegere. Ibi enim pronomen "hac" (v. 365,33) ad sententiarum conexum non quadrat. Quae vox ita debet intellegi: custodes stupro cum uxore facto commoti ob eam ipsam voluptatem, qua fruebantur, matronarum furta cum aliis commissa non indicant. Sed is, qui versus novos conscripsit, haec stupra non commemorat verbis certis. Scriptor enim fragmenti satis habet dicere: "sed quis custodiat ipsos custodes?" Qua de causa non habemus, quo "hac" exacte referamus.

Neque parvi hoc damnum aestimabis, si in scholiis Pithoeanis ad sat. VI v. 348 illud pronomen optime suum locum tenere acceperis; ibi enim antecedit: "hoc est, ut sibi conscios custodes faciant, ne ab ipsis deferantur. hoc agant, ut et ipsos turpitudine libidinis suae adstringant et conscios faciant". Quae cum ita sint, eum, qui in additamenti Bodleiani versu 33 "hac" addidit, scholiorum explicationem ad VI v. 348 novisse licebit concludere. Qua ex re versus novos qui sunt 365,30 - 34 ex sat. VI v. 346-48 originem traxisse iterum comprobatur (cf. ea, quae de "quaecumque" et "monetis" (365,30) dixi). Sed, cum Juvenale mortuo scholiorum corpus paulatim concresceret neque id, quod Pithoeanum vocamus, ante annum quadringentesimum (cf. Buechelerum l.l.p. 488) eam formam acciperet, quam nunc legimus, fieri potuit, ut ille, qui versus novos ex genuinis VI 346 - 48 derivavit, scholiastae prioris interpretationem legeret memoriaque teneret, deinde vero ipse citaretur a commentatore recentiore, qui scholiorum formam usque

ad praesentia tempora vigentem composuit. Quae rei complicatae enodatio etiam eo quam maxime adiuvatur, quod scholia fragmento Oxoniensi desunt. Id enim gravissimum neque casu factum esse potest. Denique monendum est eodem modo quo vv. 365,30 - 34 etiam versus 373 a et b spurios ex scholiis ortos posteaque loco inepto textui insertos esse. Ibi enim commentum versus VI 366 amplificatur. Quibus expositis viros illos doctos errare apparuit, qui additamentum Winstedtianum praecipue ea de causa Juvenali tribuerunt, quia vv. 365, 32 - 33 inter scholia Pithoeana laudata sunt. Neque vero hi versus in scholio ad v. 348 ita allati sunt quasi Juvenalis essent; carent enim ibi poetae mentione, quin etiam omni inductionis formula; ubi autem Juvenalis ipsius verba in scholiis memorantur, inductionis formula adest aut "in aliis dixit" ad VI 385 aut "superius dixit" ad VIII 116 aut "ipse" ad III 240 cf. etiam ad IX 29; XII 108; XIV 306. Itaque vel hac causa non Juvenalis versus esse plane efficitur, sed ita insiticios ut illos tres post VI 614 intrusos, de quibus Leo l.l.p. 606.

Corrigenda:

Legas p. 9 s.v. "relictus" lin. 1 pro "Ellisio (l.l.p.19)": Ellisio, The new fragments of Juvenal. Londini 1901 p. 19.

Legas p. 17 s.v. "permitto" lin. 2/3 pro "Max Maasius (l.l.p.422)": Max Maasius, Arch. f. Lexikogr. XI. 1899 p. 422.

V i t a

Natus sum Theodorus, Eduardus, Aemilius, Adolfus, Guilelmus Dralle Hannoverae in oppido pridie Id. Dec. anni MDCCCXCII parentibus Theodoro et Berta e gente Krueger, quos superstites valde gaudeo. Fidem profiteor luthericam. Per novem annos disciplina gymnasii Hannoverani, quod ab im peratore Guilelmo nomen accepit, usus sum. Pridie Kal Febr. anni MCMXI testi monium maturitatis adeptus, ut litteras antiquas et Germanica studio pertractarem, Friburgum Brisgoniae migravi. Sex mensibus post ad almam matrem Monacensem me contuli, cuius civis per unum semestre fui. Deinde academiam Marpurgensem adii, ut studia conficerem Quae cum bello interrupta essent, statim ad signa properavi. Stipendia post patriae oladem emeritus iterum universitatem Philippinam frequentavi ibique examen publicum superavi

Docuerunt me viri doctissimi hi: Aly, Birt, Boehmer, Bornhausen, Bornhäuser, Crusius, Drerup, Elster, Geldner, Götze, Heitmüller, Hermelink, Jachmann, Jacobsthdl, Jenner, Jülicher, Kalbfleisch, Kluge, Kutscher, Maass, Mewaldt, Misch, Muncker, Mundle, Natorp, Petersen, Pöhlmann, Rehm, Reinhardt, Reitzenstein, Schwartz, Simons, Schücking, Vogt, Vollmer, Wenck, Weymann, Wrede, Zucker.

Friburgi per sex menses interfui proseminario philologo, cui Ed Schwartz praeerat Monaci per unum semestre eiusdem aditum mihi benigne concessit Rehmius. Marpurgi per duo semestria proseminario provectorum Kalbfleischio Jachmannio, Birtio praeceptoribus et per bis sex menees seminario, quod a Birtio et Maassio regebatur, sodalis fui. Bello confecto exercitationibus, quae a Birtio, Maassio, Reinhardtio, instituebantur, me dedi. In proseminario Germanico per unum semestre Monaci litteras vernaculas tractavi Petersenio magistro Seminarii autem sodalem extraordinari Mar-

purgi Elsterius benigne me admisit. Praeterea exercitationibus philosophicis per sex menses interfui moderante Natorpio.

Quibus praeceptoribus omnibus maximas ago gratias, imprimis autem memoriam semper colam Theodori Birtii, qui me ad hanc materiam tractandam invitavit atque dissertationem consilio et opere iuvit.

